

I. N. J.  
EXERCITATIO ACADEMICA,  
DE

DEFINITIONE  
HOMINIS,

QUA  
DICITUR ANIMAL RATIONALE,  
AN BONA SIT?  
AD MENTEM ARISTOTELIS.

QUAM,  
CUM CONSENSU AMPLISSIMÆ  
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ IN IL-  
LUSTRI REGIOMONTANA,  
PUBLICO ERUDITORUM  
EXAMINI SUBJICIUNT,

PRÆSES

M. JOHAN. PHILIPPUS Pfeiffer/  
NORIMBERGENSIS.

ET

DANIEL à DEHMEN,

Memel. Pruff.

RESPONDENS.

*Ad diem Aprilis Anno M. DC. LXVIII.*

IN AUDITORIO PHILOSOPHORUM.

---

REGIOMONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.  
BRAND. ET ACAD. TYPOG.

Physiol.  
100,44.

Physiol. 23  
I. 23.

V I R I S

*Plurimum Reverendis, Clarissimis atq; Doctissimis,*

**DN. M. CHRISTOPHORO PRÆTORIO**, Ecclesiæ  
apud Memelens. Pastori longè merito, nec non ejusdem  
districtus Archipresbytero vigilantissimo,

**DN. M. CHRISTOPHORO SCHULTZ** / Ejus-  
dem Ecclesiæ Diacono dignissimo,

**DN. JOHANNI LEHMANN** / Coetus Lithva-  
nici ibidem Pastori fidelissimo,

Ut &

*Amplissimis, Consulvisimis ac Prudentissimis,*

**DN. HENRICO GLENERO**, Consuli civitatis  
Memel. meritissimo,

**DN. CHRISTOPHORO FRZEDRZYSZEN** /  
Pro-Consuli Reipubl. ejusdem gravissimo,

**DN. ADAMO ERASMI**, Scabino ibidem optimè  
merito,

Nec non

*Nobil. Praclarissimis, Spectatissimisq;*

**DN. MARTINO à DEHMEN**, Hæreditario in  
Deutsch Crostingen /

**DN. ANDRÆ BAUMBARTEN** / Hæredita-  
rio finium superioris Taurlaucken & Collaten /

*Dnn. Mecœnatibus, Parenti, Affinibus, Patronis ac Fautoribus,*  
*summo honoris ac observantiæ affectu æternum prosequendis,*

*Primitias hæc Philosophicas ad ulteriorem sui, studiorumq;*  
*suarum commendationem, humili mente manûq;*  
*submissa.*

*Consecrat & offert,*

**Daniel à Dehmen**,  
Memel. Pruten.  
Respond.

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

# IN NOMINE JESU!

§. I.



Radit Aristoteles in lib. I. de Anima, c. I. t. XVI. definitionem duplicis esse generis, Dialecticam & Physicam. Διαφερέτως inquit, δι' ἃν ὁρίσασθαι ὁ φυσικός τε καὶ διαλεκτικός, differenter autem definit Naturalis & Dialecticus. Hæc verba nonnulli ita exponunt, ut asserant Philosophum assignasse differentiam inter Dialecticam & Naturalem circa modum definiendi, voluntq; hæc definitionum genera sic distinguenda esse, ut dici debeat, Dialecticum per formam, utpote subjectum universalitatis, definire: Physicum autem per materiam, quod hæc sit causa particularitatis, uti loquuntur. Quandoquidem constat, Dialecticum communem esse artificem, ea considerantem, quæ rebus communiter accidunt, nec attendentem peculiarem rerum materiam, secus quàm Naturalis faciat; qui dum definit semper materiam concernat, adeoq; particularis artifex existat. Ast non videtur hæc expositio menti Aristotelis conformis esse. Nam, etiamsi Naturalis non definiat sine materia, est enim ipsius λόγος & definitio συνειλημένον μὲν τῆς ὕλης, ὡς τὸ σιμὸν ὑπὸ accepta cum materia, ut ipsum simum. Εἰ πάντα τὰ φυσικὰ ὁμοίως τῷ σιμῷ λέγεσθαι, ὅιον ῥίς, ὀφθαλμὸς, πρῶτον, &c. Cuncta Physica ita ut simum dicuntur, ut nasus, oculus, facies, adeoq; formæ naturales sine materia & motu intelligi non possunt, V. Metaphysic, c. I. Censendum tamen ideò non est, eum κατὰ τὴν ὕλην secundum & per materiam tantum definire, ut constat ex II. Physic. cap. II. t. XXI. & ex lib. I. de Anima c. I. t. XV. Ad hæc cit. II. Physic. c. I. à text. VII. usq; ad XII. Philosophus contra Antiphonem disputans, probat formam esse magis naturam, quàm materiam, cum unumquodq; tunc dicatur cum actu sit magis quàm potentiâ. καὶ μᾶλλον αἰτ φύσις αὐτῆ (ἢ μορφή) τῆς ὕλης.

Definitio est generis

Mens aliorum

Dialecticum  
artifex.

Physicus v.  
vis artificis

Formæ nat.  
sine materiâ  
intelligi non

Formæ nat.  
sine materiâ

A. 2

Εκα-

Ἐκάστου γὰρ πότε λέγεσθαι ὅταν ἐντελεχεία ἢ μάλλον, ἢ ὅταν δυνάμει. (ma-  
teriam autem δυνάμει, formam vero ἐντελεχείαν ut alibi, ita & II.  
de Anima c. I. t. II. vocat). Naturalis ergo magis per formā, quā  
per materiam definit. Præterea, definitio solam materiam con-  
cernens, dicit saltem ἔστι an res sit: Definitio autem, quæ for-  
mam tradit διὸν propter quid res sit, v. g. iram esse fervorem san-  
guinis, aut, calidi circa cor, est definitio solius materiæ, lib. I. de  
Anima c. I. t. XVI, quam reponeret quis interroganti ἔστι: & i-  
ram esse appetitum reconstrastationis, quæ est definitio formæ ibi-  
demq; assignatur Dialectico, satisfacit quæstioni propter quid, re-  
constrastatio enim dici non potest, nisi habito respectu ad injuri-  
am aut contumeliam ante illatam, cujus vindictam quærit iratus.  
Si igitur in hoc discernuntur Dialecticus & Naturalis, quod ille  
definiat per formam, & hic per materiam, sanè Dialectica prior  
erit & accuratior ipsâ naturali scientiâ, quod quàm falsum sit, vel  
apparet ex iis, quæ à Philosopho de comparatione scientiarum in-  
ter semet invicem, differuntur in I. Poster. cap. XXIV. t. XLII. De-  
finitio itaq; per materiam solam, non erit Naturalis Philosophi,  
neq; hic propter id à Dialectico differet.

§. II. Nobis sensus loci istius videtur hic: Dicit Philoso-  
phus, tres, esse definitionum species, per materiam, per formam,  
& per utrumq; principiorum genus, v. g. Domus, si definiatur  
constructio ex lapidibus, lignis & cemento, est definitio ex ma-  
teria: Si, constructio nos defendens ab imbribus, calore & aëre,  
est definitio per formam: Si utrumq; generis causæ jungas, e-  
rit constructio ex lapidibus, lignis & cemento, defendens nos ab  
imbribus, calore & aëre. Ita seipsum explicat Philosophus, VIII,  
Metaphysic. cap. II. dum ait: Διὸ τῶν ὀρθομένων, οἱ μὲν λέγουσιν τί ἐστὶν  
οἰκία, ὅτι λίθοι, πλίνθοι, ξύλα, τὴν δυνάμει οἰκίαν λέγουσιν. ὕλη γὰρ  
ταῦτα οἱ δὲ ἀγγεῖον σκεπαστικὸν χρημάτων καὶ σωμάτων, ἢ τι καὶ ἄλλο  
ποιῶντο προφέντες, τὴν ἐνέργειαν λέγουσιν. οἱ δὲ ἐκ τῶν ἐνυπαρχόντων, τῆς  
ὕλης

ὕλης μάλλον. Quare eorum qui definiunt, hi quidem, qui dicunt quid  
 est domus, quod lapides lateres ligna potentiā domum dicunt: mate-  
 ria enim hec sunt. Qui verò vas conservativum rerum, & corporum  
 et aliquid aliud tale, addentes, actum dicunt. Qui porrò hac ambo  
 componunt tertiam, & quæ ex his est, substantiam. Nec alia mens  
 sedet in exponendo locum istum (lib. I. de Anima, c. I. t. XVI.)  
 Johanni Grammatico, cognomento Philopono. Is enim in Com-  
 mentar. in cap. VII. libri I. Poster. ita scribit: Ἐπισημαίνονται ἐν τῷ περὶ  
 ψυχῆς ὅτι τρία τὰ εἶδη τῶν ὁρισμῶν, οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς ὕλης εἰσὶν, οἷτις  
 ἐκ τῆς εἰδῆς: οἱ δὲ ἐκ τῆς συναμφοτέρου. Quod repetit in Comment.  
 cap. X. lib. II. Poster. & tribus definitionum speciebus ab Aristo-  
 tele ibid. traditis, accommodat his verbis: Νῦν ἀπαριθμεῖται τὰ  
 σημαίνόμενα τῶν ὁρισμῶν, καὶ φησὶν, εἰς μὲν ἐστὶν ὁρισμὸς. λόγῳ δηλω-  
 τικὸς, τῶν δὲ ἐστὶ τὸ πρᾶγμα (alii legunt τῶν δὲ ἐστὶ τὸ πρᾶγμα) ἀναπο-  
 δεικτὸς, οἷός ἐστιν εἰδικὸς: εἰς δὲ ἐστὶν ἡ γὰρ ἕτερον συλλογισμὸς τῶν δὲ ἐστὶ,  
 διαφέρων τῆς ἀποδείξεως τῆς πλῴσει, ἡ γὰρ τῆς θέσει, οἷός ἐστιν ὁ σύνθετος.  
 Τρίτῳ δὲ ἐστὶν ὁρισμὸς, ὁ ὑλικὸς, ὅς καὶ ἀποδείκνυται, καὶ συμπέρα-  
 σμα τῆς ἀποδείξεως γίνεσθαι ὅ τε ἐστὶ καὶ ἀποδεικτικὸς, ἀποδείκνυται γὰρ  
 διὰ μέσθ τῶν εἰδικῶν. Sic ibidem ille.

§. III. His suppositis, quærit Philosophus in calce istius con-  
 textus XVI. quales sint definitiones, quæ spectant ad Philoso-  
 phum naturalem, an formales, an materiales, an verò illæ, quæ  
 ex utriusq; causæ genere conflatae sunt; & determinando quæ-  
 stionem, respondet textu seq. XVII. Philosophum naturalem ex  
utrayis causa formali & materiali, Dialecticum autem definire so-  
lum per formalem causam. Quam Philolosophi sententiam  
 perspicuis verbis tradit Simplicius γνήσιος Aristot. Interpres, in  
 Commentario h. I, quæ cum præsens negotium dilucident, &  
 controversiam circa illud enatam dirimant, non pigrabimur ad-  
 scribere, cum interpretatione Latina, quæ legitur apud Celsum  
 Mancinium Ravennatem, in Expositione Textus XVI. libri I.

Naturalis P  
 tam ex form  
 materiali causâ

Dialecticæ a  
 mali.

de Anima: Εἰπὼν ἰnquit διαφερόντως ὀρίζεσθαι τὸν δὲ Φυσικὸν καὶ τὸν  
 Διαλεκτικὸν, ἕκαστον αὐτῶν τῶν τῆς ζωῆς εἰδῶν καὶ πάθων, ἐπὶ ὑποδείγμα-  
 τος τῆς ὀργῆς τὸ διαφέρειν παρασηῆσαι θελήσας, τὸν μὲν εἶναι μόνον τῆς  
 εἰδῆς Φησι, τὸν δὲ μόνον τῆς ὕλης, ἢ τὸν Φυσικὸν μόνον τῆς ὕλης λέγων,  
 Ἐφαρῶς γὰρ ἀμφὸς τὸν Φυσικὸν παραλαμβάνειν εἶρει. Ἀλλὰ σκοπὸν θέ-  
 μεν εἶναι τὴν διαφορὰν ἰδεῖν, τῆτε Φυσικῆ καὶ τῆ Διαλεκτικῆ διαρεῖ καθολι-  
 κώτερον, ὅσοι ἂν νομιθεῖεν γίνεσθαι τῆς ὀργῆς ὄργη. Ἐν εἰς καὶ ὁ ἐκ τῆς  
 ὕλης παρείληπται διὰ τὸ τέλειον τῆς διαρέσεως. *Ubi verò (suo in textu)*  
*praemonuit (Aristoteles) Physicum atq; Dialecticum definire differen-*  
*ti modo, quamlibet vita speciem, vel passionem, differentiam ipsam,*  
*per irae ipsius exemplum apponere volens, hunc quidem solam formam*  
*afferre, hunc autem materiam tantum. Non ita tamen, ut Natura-*  
*lis materiam solam assumat, intelligit, manifestè enim utrumq; vel ma-*  
*teriam vel formam, vel materiam simul accipere ipsum inquit. Ve-*  
*rùm scopum inveniendi Dialectici & Physici inquisitoris statuens, uni-*  
*versaliùs paulò dividit, quoniam definitiones ipsius irae viderentur*  
*fieri posse, in quibus assumpta quoq; fuit, quae ex natura ipsa constat,*  
*idq; ob divisionis perfectionem. Quam enarrationem Simplicii*  
*scopum Aristotelis velut acu tetigisse, manifestè satis apparet ex*  
*his, quae alibi hac de re dicuntur, veluti lib. VII. Metaph. c. X. &*  
*IX. cap. VI. in primis verò lib. II. Physic. c. II. t. XXII. Ubi ad-*  
*versus veteres, Empedoclem & Democritum concludit, Physici*  
*esse τὸ γνωρίζειν ἀμφοτέρας τὰς φύσεις, cognoscere utrasq; natu-*  
*ras. In quem locum iterum egregiè sic commentatus est, lauda-*  
*tus Interpres: Ταῦτα ἔν εἰπὼν, ἐπάγει λοιπὸν ἀποδεικτικὸς λόγος,*  
*εἶδῆ δὲ τὸν Φυσικὸν ἀμφοτέρας γνωρίζειν τὰς φύσεις, τὴν δὲ κατὰ τὴν*  
*ὕλην, καὶ τὴν κατὰ τὸ εἶδῆ, καὶ ἢ μόνον κατὰ τὴν ὕλην, ὡς οἱ πολλῶν*  
*τῶν Φυσικῶν ἐνόμιζον. --- Δῆλον ὅτι τῆς Φυσικῆς εἴη ἂν μὴ μόνον τὴν*  
*ὕλην γινώσκειν ὡς οἱ παλαιοὶ Φυσικοὶ λέγασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶδῆ, ἢ μὴ*  
*μόνον τὸ εἶδῆ, ὅπερ ἐστὶν ἡ κυρίως φύσις ἀλλὰ καὶ τὴν ὕλην. H. J. Neq; q;*  
*fundamento suo caret assertum hoc, Res enim ipsa docet, quod*  
*maie-*

εἰς ἀμφότερας  
 τὰς φύσεις.

materia & formata sibi mutuo sint causæ. Sicut enim forma exor-  
nat perficitq; materiam: Ita vicissim materia subit & sustentat for-  
mam, & quemadmodum forma materiae dat esse hoc: Sic materia  
forma dat esse simpliciter & subsistere, ita quidem ut hoc, μεθ' ἧ  
συναμορφίση ἐν τῇ καθ' ὅσην συντάλειται, cum hoc, unum faciat secun-  
dum æqualem perfectionem, ut loquitur Archytas apud Simplicio.  
Et Ammon, ait in Comment. in lib. Categor. ὅτι τὸ μὲν εἶδος  
συμπληρωτικόν ἐστὶ τῆς ἐκάστης ἰδέας, καὶ τὰς φθάρει τὸ φθέρειν τὸ  
ὑποκειμένον. Quod forma essentia cuiusq; rei completiva sit, & subla-  
ta forma subjectum tollatur. Quin imò tam arctè inter se invicem  
coherent forma & materia, ut unum alterius esse dicatur à Simplicio,  
Comment. in t. XXVI. lib. II. Physic. ἄσε ἡ δὲ ἀν ἡ ὕλη τῶ δὲ τῶ  
εἶδος εἶν ὅλη, καὶ τὸ δὲ τὸ εἶδος τῆς δὲ τῆς ὕλης. Inde q; passim ad  
Interpretibus συνήθεια causa vocari assolent. Igitur Naturalis  
utrumq; horum principiorum genus accipit, quoniam ad confi-  
ciendum naturale compositum, utrumq; concurrat. Quod verò  
in eodem Textu Philosophus, definitionem illam, quæ traditur  
per solam materiam silentii supario involverit, causa fortassis hæc  
est, quod ea tam exilis sit, tamq; imperfecta, ut vix ab ullo arti-  
fice per se & primò recipiatur.

§. IV. Duplex ergo est definiendi modus, unus Dialectico,  
alter Physico familiaris, quorum hic expeditur per formam &  
materiam, ille per formam. Quæritur nunc, ad quem modum  
definiendi pertineat illa definitio, quæ homo definitur per ani-  
mal rationale. An dialectica est? Sanè Dialecticus, qui omnia  
κοινῶς καὶ ἐνδύξως atq; ut Eustrat. alicubi loquitur, κατὰ τὴν ἐννοίαν  
τῶν πολλῶν prosequitur, definit ἐκ τῶν γνωριμωτέρων καὶ προτέρων ἐκ  
notioribus & prioribus. Nam omnis definitio τῶ γνωρίσαι χάριν  
ἐπιδίδοται cognoscenda rei causa traditur. VI. Topic. c. I. ex notiori-  
bus autē solū cognoscimus. I. Metaph. c. VII. Alioquin si ex igno-  
ris & posteriorib; conficeretur definitio, sequeretur, unius ejus-  
demq;

Materia e  
sibi mutuo f  
S.F.

Vocantur  
Causæ.

Item sup  
supparb.

Duplex  
di Modus.

Illa  
Hominis d  
Animal vati  
& Dialecti  
tio.

demq; rei plures dari posse definitiones, cum tamen una saltem  
unius rei sit essentia, ac proinde quoq; unus saltem λόγος τῆς  
ἰδέας. vid. cit. lib. VI. Top. I. Quoniam verò notiora duplicis  
generis sunt, alia quidem ἀπλῶς καὶ τῇ φύσει, simpliciter & natu-  
rā: alia ἡμῖν nobis, I. Physic. c. I. t. II. I. Poster. c. II. t. V. Diale-  
cticus ex utrisq; definitiones suas conficit. Licet enim omninò  
melius sit, definitionem procedere ex naturā notioribus, quia  
hæc vel maximè τὸ εἶναι rei explicant, tamen propter τὰς ἀδυνα-  
τεῖν impotentes, Dialecticus cogitur διὰ τῶν ἐκείνοις γνωσµῶν ποι-  
εῖσθαι λόγον, per ea, quæ illis nota sunt facere sermonem. Cujusmodi  
definitiones tamen veræ non sunt, quia τὸ εἶναι rei non explicant,  
nisi utraq; in iisdem concurrant, & nobis & naturā notiora,  
quod accidit, quando per genera & differentias proprias assi-  
gnantur, scilicet à sapiente, cui ipsi quoq; notum est, quod naturā  
suā notum est. Sicut de his omnibus, prolixius nos instruit Phi-  
losophus lib. VI. Topic. c. III. (IV.) & in eundem Alexander A-  
phrodisiensis in Commentario. Ex talibus itaq; ut illa definitio  
hominis constet necesse est, si dialectica esse debet. An autem  
Physica est? Nempe communiter definitur homo in Physicis  
per Animal rationale. At omnia quæ in Physicis considerantur,  
spectantur in ordine ad subjectum scientiæ Physicæ, quod est sub-  
stantia mobilis VI, Metaphysic. cap. I. Suntq; hujus vel prin-  
cipia, vel operationes, vel πάθη ἴδια, vel species, vel partes, quo-  
rum generum sunt natura, motus, forma, materia, elementa me-  
talla, esse in loco, in tempore &c. Pari enim pacto sese res ha-  
bet in Naturali scientia ut in scientiis cæteris. In iis verò omnia  
sub unum quoddam genus revocari debent, sicut in artibus o-  
mnia ad finem diriguntur, juxta πολυβρύλλητον illud Galeni, quod  
& Peripatus ratū habuit: Scientias dependere à subjectis, velut  
artes à finibus suis. Ergò & in Physica omnia quoq; ad substan-  
tiam mobilem referentur. Conf. lib. I. Post. c. VII. t. XIX. c. X.  
t. XXX,

a. Sphius fl. ge.

ex utrisq; defi-  
nitionibus conficitur.

definitionem pro-  
cedere ex naturā notioribus.

nes q; finant ex is  
notiora fl., non  
definitiones.

Definitio Physicæ  
ut, neg. Physicæ.

ntia dependet  
eius.



t. XXX. c. XX. t. XLIII. & lib. I. de Anima, cap. I. t. XVII. Homo autem non est principium, neq; operatio aliqua, nec *παῖθ' ἰδίον*, nec pars, cum nullius horum ratio in ipsum quadret, sed species cujusdam substantiæ mobilis, videlicet animalis. Idcirco considerabitur (in Physica) quatenus est sub genere animalis, talis substantiæ mobilis, ac proinde omnes differentiæ, quæ in definitione hominis ponentur, debebunt fluere ex ratione animalis quâ talis. Ita quidem ut animal dicat *τὸ τί ἐστι* hominis, differentia autem *τὴν ποιότητα* significant, ac denotent quale animal sit, hoc enim & generis & differentiarum indoles exigit.

Homo ad S  
mobilem (Subst)  
referatur ut S

§. V. Jam, τὸ rationale, non est legitima animalis differentia. Quod probamus sequentibus rationibus. Initiò differentiam definit Porphyrius in Isagog. cap. III. (§. XVII.): *τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερέντων τῶ εἶδει, ἐν τῶ ὁποῖόν τί ἐστι κατηγορούμενον.* Id quod *de pluribus specie differentibus prædicatur in quale quid est.* In qua definitione requiritur primò, ut differentia sit *κατηγορούμενον* (non *κατηγορημα*) *περὶ πλειόνων*, hoc est, talis terminus, cujus natura sit ejusmodi, ut possit verè affirmari de pluribus, secundum unam eandemq; φύσιν quæ definitione exprimitur, id est, *συνωνύμως.* ea enim vocis *τὸ κατηγορούμενον* vis est apud Philosophum, cujus mentem Chrysaorio in Isagoge sua manifestare satagebat Porphyrius, ut ex Præfat. libello isti præmissâ apparet. Deinde, ut plura illa de quibus hoc modo affirmari potest differentia, specie differant, hoc est, definitione: Nam *εἶδει διαφέρει, ὅσα τῶ λόγῳ τῆς ἑσίας ἀλλήλων κεχώρισται*, ait Simplic. in Categ. lib. c. III. Aristoteles saltem alio *προσηγορίας τρέπω* id effert: dicit enim ea specie differre, quæ cum in eodem genere sint, hoc est, unam communem habeant essentiam, non propriam, *ἐναντήωσιν ἔχει ἄτομα ὄντα*, id est, propriis & essentialibus differentiis distinguantur, X. Met. cap. VIII. E. gr. Homo & equus differunt specie, cum enim essentialiter convenient in ratione animalis, distinguuntur tamen ad-

Rationale n  
na Differentia  
Probatur

B

huc

huc essentialibus differentiis, homo enim per essentialiam est ani-  
 mal bipes, equus per essentialiam animal quadrupes. Quo κρι-  
 τηρίῳ à specie dirimitur differentia, illa enim de solo nume-  
 ro differentibus prædicatur. Tertiò (requiritur ad naturam  
 differentia), ut prædicetur ἐν τῷ ὁποῖοτι, in quale quid, hoc est,  
 essentialiter, & ex primo modo dicendi per se. Ἐν τῷ ὁποῖόν  
 τί ἐστι ( prædicantur ) ὅσα τὸ ἕσιώδες μετὰ τῆς ποιότητος συνείλου-  
 φε --- καὶ δεῖ διαφορὰν ἕσιώδως καὶ κατὰ τὸ εἰναχωρεῖσθαι, ἀλλ' ἔ κατὰ  
 τὸ συμβεβηκός. Simplific. l. c. Quo ut ab Accidente, quod acci-  
 dentaliter, & Genere, quod ἐν τῷ τίεστι prædicatur; ita & à Pro-  
 prio dispescitur, quod quidem essentialiter prædicatur, sed ex se-  
 cundo dicendi modo per se. Atq; hæc dicta debent intelligi de  
 Differentia Specifica, non Generica. Non enim de hac, sed de illâ  
 loqui Porphyrium satis superq; elucet ex ipso contextu capituli III,  
 Isagoges, à §. XIV. ad usq; XVII. Quamvis sint, qui ostendere  
 præsumant, Porphyrio ibidem sermonem esse de Differentia Ge-  
 nerica non Specifica, eò quod hæc saltem de unica specie prædi-  
 cetur, non autem ut Porphyr. requirit; περὶ πλειόνων εἰδῶν διάφε-  
 ρῶν. Ast exceptio hæc nullo negotio eluditur. Nam primò  
 cum omnis definitio cognoscendæ rei causa tradatur, debet con-  
 stare ex notioribus & prioribus, ut ex VI. Top. I. §. IV. docuimus,  
 talia autem latiora sunt. Oportet ergò differentias, quæ in de-  
 finitione aliquâ ponuntur, esse latiores definito, seu specie illâ,  
 quæ definitione manifestatur. Id aperte docet Philosophus lib,  
 VI. Top. c. III. (IV.) Dicit enim genus & differentiam esse ἀπλῶς  
 notius quid speciebus, quod cognitâ specie cognoscatur pariter  
 genus & differentia. Etenim qui hominem cognoscit, & animal  
 & pedestre cognoscit. Cognitis autem Genere & Differentiâ, non  
 necesse est etiam speciem cognosci, quare ignotior species. Nam  
 ait sublatâ differentiâ (& genere) tollitur species, non contra. De-  
 inde si differentia non esset amplioris latitudinis quàm species,  
 pro-

protinus sanè expiraret omne discrimen inter definitionem & differentiam. Ergò definitio esset differentia, & hæc vicissim definitio? Præterea & ἐπαγωγῆ aliud nobis constat. v.g. Animalium differentia desumuntur aut à Partibus, aut à vitæ genere, aut ab Actionibus, aut à Moribus, quæ singulæ de pluribus specie differentibus prædicantur, adeòq; latiores sunt speciebus, e. g. differentia à vitæ genere desumptæ sunt terrestre, aquatile, ἀμφότερον. Singulæ autem de pluribus specie differentibus dicuntur, Terrestre de pedestri & volatili, pedestre rursus de quadrupede, bipede & sic de cæteris, ut videri potest apud Aristot. lib. I. Histor. Animal. cap. I. De Plantis idem tradit Theophrastus lib. I Histor. Plantarum, cap. I. Dicit enim differentias ipsarum sumi debere à partibus, generationibus, affectionibus, & vitâ. Partium differentias in tribus consistere dicit, aut enim in eo, quod quædam habent, quædam non habent, ut folia & fructus, aut quod non similia ac paria habent, aut tertio quod non similiter habent, &c. Quarum rursus singulæ ita comparatæ sunt, ut latiores sint speciebus, & de pluribus specie differentibus prædicari possint Ita quoque se habent elementorum, prout mixtorum corporum sunt principia, differentia, calidum, frigidum, humidum & siccum. Calidum enim v. g. & siccum de igne, de aëre, deq; omni halitu terreo: Frigidum de aqua & glacie: Humidum de aqua, deq; aqueis vaporibus, velut de pluribus specie differentibus prædicantur. Vide II. de Generat. & Corrupt. c. III. Nec aliter par & impar numeri, rectum & curvum magnitudinis, Theoreticum, practicum & effectivum scientiæ, differentia (V. Met. c. I. & II. Post. c. XIII.) sese habent, omnes enim & singulæ latiores sunt speciebus suis, adeòq; & de pluribus specie differentibus (in quale quid) prædicantur.

§. VI. Id quod agnoverunt Græci Philosophi Interpretes omnes præter Herminum, qui dixit, quasdam differentias de unâ

Animalium  
differentia  
similium

specie dici, ut leve de igni: reliqua enim omnia esse levia propter  
 ignem. Sic & grave de Terra, & universaliter extremas ac ulti-  
 mas differentias secundum unam quamq; speciem dici, verbi gra-  
 tia, mentis & scientiæ capax de homine. Ita refert de eo Simplicius  
 in Commentar. I. Categor. c. III. quando ait: ὁ δὲ Ἑρμῖν  
 τὰς συμπληρωτικὰς ἢ ἀξιοὶ διαφορὰς καλεῖν, ἀλλὰ μόνως τὰς διακρι-  
 τικὰς. --- Ἰδὲ γάρ τινες διαφορὰ κατ' ἐνὸς εἶδους λέγουσι, ὡς τὸ κῆφον  
 κατὰ τὸ πῦρ. Καὶ γὰρ τὰ ἄλλα κῆφα, διὰ τὸ πῦρον. Καὶ τὸ βραχὺ  
 κατὰ τῆς γῆς. Καὶ ὅλως αἱ ἕχαστοι διαφορὰ κατ' ἕκαστον εἶδος, ὡς ἐπὶ  
 ἀνθρώπων, τὸ νῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Αἱ τινες καὶ ἀνίστρέφουσι πρὸς τὸ  
 ἕρπον. H. J. Sed confudit Herminus differentiam cum proprio,  
 mentis enim & scientiæ capacem esse recipitur cum solo ho-  
 mine, quod verò recipitur & τὰ πράγματα ἀντικατηγορεῖται,  
 est proprium I. Top. cap. IV. Quod cum ipse Herminus animad-  
 verterit mirum est, cur proprium à differentia non diremerit.  
 Jamblichus autē insignis vir in Philosophia dicit, quod etsi quæ-  
 dam differentia non de pluribus speciebus prædicentur, tamen  
 ita ipsæ habeant, ut quantum est in se ipsis de pluribus dici pos-  
 sint. Differentiam enim magis propriam & cognatiorem natu-  
 rali naturæ esse, quæ de una particulari specie dicitur, attamen etsi  
 ipsa ita disposita sit, vim tamen habere secundum suam rationem,  
 se ipsam pluribus speciebus impertiri. Quod si quidam alius e-  
 ventus rerum, quæ aptæ sunt ad recipiendū extensionem in mul-  
 titudinem, non sinat hoc fieri, certè nihil impedimenti esse hoc,  
 quo minus ipsa differentia, quoad suam rationem pluribus se in-  
 sinuet & accommodet, recensente hæc ibidē eodē Simplicio, cu-  
 jus verba Græca, Græcanici sermonis cultoribus huc apponemus:  
 ὁ δὲ Ἰάμβλιχ<sup>ος</sup> inquit, καὶ τινες διαφορὰ μὴ κατὰ πλειόνων εἰδῶν  
 λέγουσι, ἀλλ' ἕτως ἕχαστά φησι καὶ αὐτὰ, ὡς ἴσον ἀφ' ἑαυτῆς κατὰ  
 πλειόνων ἀν ῥηθῆναι. Ἰδικωτέρω δέ φησιν εἶναι διαφορὰ, καὶ τῇ ἐνύλω φύσει  
 συγγενετέρα, ἢ κατ' ἐνὸς εἶδους μεμερισμένη. Ἀλλ' ὅμως καίπερ ἕτως  
 δια-

διακειμένη, δύναμιν ἔχει κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, πλείοσιν εἶδεσιν ἑαυτὴν ἐνδιδόνα. Εἰ δὲ ἀλλή τις συντυχία πραγμάτων τῆν τῶν ὑποδεχομένων εἰς πλῆθος διάσπασιν ἔκ εἵασε γενέσθαι, ἔδὲν ἐμπόδιόν ἐστὶ τῆτο πρὸς τὸν οἰκείον τῆς διαφορᾶς λόγον.

§. VII. Possumus hanc rem declarare simili, à speciebus Monadicis desumpto, quarum unum extat individuum: ipsæ tamen in se & sua naturâ tales sunt, ut prædicari possint de pluribus numero differentibus. v. c. Sol, Luna, cælum mundus, terra, sunt species Monadicæ, sive ut Philoponus in Comment. l. I. Post. c. V. loquitur, μοναδικῶς ὑφηρεκόμενα hoc est, singularia uno numero. Et Ammonius in Categor. Substant. *Unica ait, neq; generis neq; Speciei cuiuspiam individua sunt omninò, ut Sol & Luna, & verò Cælum prorsus est unicum,* At tamen comprehendunt in se universalem naturam. Unde si πρῶτον ὑποκείμενον τῶν πάθων Solis, Lunæ, &c. putamus esse hunc Solem, hanc Lunam, erramus in accipiendo καθόλου, lib. cit. I. Poster. c. V. t. XII, quandoquidem circa singulare, non potest accipi superius, explicante ita locum Themistio, cujus hæc leguntur verba in Commentario: Ὅταν τι τῶν καθ' ἑκάστον ἢ καὶ ἄτομον, ἐφ' ᾧ ποιῶμεθα τὰς ἀποδείξεις ὅσον ἡλίον, σελήνην, κόσμον, ἐπεὶ γὰρ ἔδὲν ἐστὶν ἀνωτέρω τῶν ποιῶτων ἔδὲ κοινόν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστω τὸ ἄτομον, εἰς γὰρ ἡλίον καὶ μία σελήνη, καὶ μία γῆ καὶ εἰς ἕρανός. Et statim subdit: De his, si πάθῃ aliquod demonstramus, velut de Terra, quod in medio sita sit, de Cælo quod orbiculariter moveatur, de Sole, Luna, quod eclipsin patiantur, non ut de singularibus aliquid demonstramus, sed ac si plures essent Terræ, Cæli, Soles Lunæ. In talibus enim cum nec genera nec species dentur, proportione quâdam, ex contemplatione rerum inferioris Naturæ, mens nostra sibi universalialia depingit atq; efformat. Faciunt huc illa Philosophi: *Semper res universalis est, quæ definitione explicatur: Neq; enim Medicus cum definit, quodnam sit salutare oculis medicamentum, definitionem ad hunc aut illum oculum:*

*tum tantum accommodat, sed aut in genus universum oculorum, aut in aliquam sanè speciem vult transferri.* II. Poster. c. XIV. Nec aliter de uno numero singularibus sentit Simplicius loco non ita pridem allegato, sub eorundemq; censum revocat decantatam illam Historicorum avem, Phœnicem, cujus licet non sint uno plura individua, non repugnare tamen ait, quin propter continuam successionem, quâ se invicem consequuntur, possint prædicari tanquam de pluribus. Ὁ Φοίνιξ quaerit, τὸ ὄρνεον, πῶς ἐν τῷ εἶδει κατὰ πλειόνων καὶ διαφορῶν τῶ ἀριθμῷ λέγεται; & respondet: Ἡ τῆτο μὲν καὶ μὴ ἅμα τῶν ἀτόμων ὄντων, ἀλλὰ κατὰ διαδοχὴν πολλῶν κατηγορεῖται Φοινίκων. Hæccum in speciebus monadicis ita se habeant, quid non erit dicendum de speciebus universalibus, quarum innumera extant individua? Oportebit igitur differentias easq; ultimas, prædicari posse de pluribus specie differentibus, his ipsis enim latiores sunt, quoniam universaliores. At, rationale, quod differentia locum obtinet in vulgari definitione hominis, non potest prædicari de pluribus specie differentibus: quænam enim sunt illa? Num homo & Angelus? Ast (ut loquamur ex ipsorum hypothese, qui à nobis dissentiunt) Angelus, non est sub animali, quatenus ζῶον sensitivum vivum denotat, sed quatenus idem significat quod simpliciter vivens, quâ ratione & Deo vocabulum hoc à Philosopho tribuitur, lib. I. de Anima, c. I. t. VII. lib. I. de Plantis c. I. XII. Met. c. VII. & alibi, tuncq; est æquivocum πρὸς ἐν καὶ ἀφ' ἐνός. Animal autem quâ accipitur in definitione hominis, non debet esse æquivocum (VI. Top. I.), sed univocum, quod καθ' ἐν καὶ μίαν φύσιν de suis speciebus prædicatur. Ergò rationale differentia legitima hominis non est.

§. VIII. *Excipiunt*: Differentias illas, quas nos de pluribus specie differentibus prædicari asseruimus, esse saltem Genericas, specificas autem omnes præter rationale ignotas esse nobis & latere, juxta illud Scaligeri Exercitat; CCCVII. S. XII. *Nomina tu*  
*lapi*

*lapidis, qui quotidie tuis oculis observatur, formam & Phyllida solius habeto.* Deinde dicunt, à ratione accidentium (qualia erant numerus & magnitudo §. V.) non esse concludendum ad substantias. Sed respondemus primò quantum ad posterius, neq; hoc à nobis fieri, sed concludere nos à differentiis accidentium, ad differentias substantiarum, quæ profectò aliam rationem non obtinent in accidentibus, quàm in substantiis, nisi id ipsum & de Genere, specie, proprio & accidente dicendum sit. Sanè definitio horum lib. I. Topic. cap. IV. tradita, utriq; generi, accidentium pariter atq; substantiarum communis est. Non enim est alia definitio generis v. g. magnitudinis, multitudinis, habitus & cæterorum talium, quàm animalis: genus enim utrobiq; retinet definitionem suam, quod sit τὸ κατὰ πλείονων καὶ διαφερόντων τῶ εἶδει, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον, id quod de pluribus, specie autem differentibus in quid predicari aptum est. Nec Species definitionem suam amittit, applicata v. c. tam Lineæ, Numero, Orationi scientiæ, arti &c. quàm equo, leoni, cani &c. Utrobiq; enim est τὸ κατὰ πλείονων καὶ διαφερόντων τῶ ἀριθμῶ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον, de pluribus numero differentibus in quid predicabile. Prophyt. Isag. c. II. Et sic consequenter Proprium & Accidens, sive hæc sint accidentium sive substantiarum, utrobiq; notam definitionem retinebunt. Hac autē salvâ manente in his, quid ni & in differentiis manebit, sive illæ de Substantia sive Accidentibus prædicentur? Quod si jam in Accidentibus Differentiæ ita se habent, in quibus genera sunt simplicissima, non rarò non admittentia multiplicē divisionē, ut videre est in sensibilibus qualitibus, v. c. coloribus, saporibus & in cæteris eodē modo; quid dicendū est de Substantiis, quæ variè dividendæ sunt, antequam ad speciem devenias? Vid. Doctiss. Cæsalpini, lib. I. Qq. Peripater. Quæst. VI. Ad prius autem reponimus, mirabilem prorsus esse hunc procedendi modum, dum unicam saltem differentiam cognitam esse contendunt

dunt

dunt, cæteras ut latentes eliminant, cum tamen ex his tanquam γνωριμωτέρις de Differentia ista (rationali), an bona sit nec ne, judicare deberent. Falsum namq; omninò est, quod dicunt differentias específicas, unicâ exceptâ, videlicet τῷ rationali, latere. Si enim latent, unde ipsis ignotuit tales dari? Aut quomodo Aristoteles II. Poster. c. XIV. t. XVIII. modum præscripsisset venandi differentias, si occultæ sunt, & à nobis investigari non possunt? Et porrò, quâ ratione dicunt, affectiones de substantiis demonstrandas esse ex differentiis specificis? si hæ sunt ignotæ, nullæ de iis dabuntur demonstrationes, nulla consequenter scientia. Hæc enim non ex ignotis, sed omnis scientia ex præcognitis procedit, VIII. Top. II. I. Post. I. VI. Ethic. III. I. Metaph. VII. Deniq; si unica saltem differentia nobis nota est, quomodo definire eam possunt, definitio enim per inductionem innotescit, II. Post. XV. Inductio autē ex notioribus nobis procedit, est enim ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἐφοδοῦ. I. Topic. X. à singularibus (seu minus universalibus) ad universalia (i. magis universalia) progressus. Illa autē notiora sunt nobis I. Post. cap. II. Unde & Philosophus δὲ γὰρ αἶτ, ἐξ ὧν ὁ ὁρισμὸς προεῖδέναι καὶ εἶναι γνώριμα, ὁμοίως δὲ καὶ ἀδιέπαγωγῆς Ex quibus definitio est, illa præcognoscere oportet ac nota esse, similiter ἔσ' quæ per inductionem. Quamobrem nec rationale unica erit differentia illa específica quæ nota est, nec cæteræ latebunt.

§. IX. Ulterius excipiunt ad definitionem differentia ex Prophyrio §. V. suppeditatam, & dicunt: Τὸ αἰσθητικὸν sensitivum tamen de solo animali dici & esse differentiam ejus: Item τὸ ἐπιστημονικὸν scientificum solius demonstrationis. Sed committunt fallaciam ignorationis Elenchi, quæ inter alia committitur, μὴ συναριθμημένον τὸ ἐν ἀρχῇ, κατὰ τὸ αὐτὸ, non connumerato eo quod erat in principio secundum idem, docente Philosopho in lib. I. de Reprehensionibus Sophistarum cap. IV. Nobis enim hic sermo est de



de Differentiis Specificis, quæ μετὰ τὸ γένος εἶδος ποιῶσιν *speciem procreant, sicut genere jungantur.* VI. Top. III. (VI.) τὸ Sensitivum autem non est differentia specifica, generi enim juncta speciem non efficit, sed est differentia constitutiva generis simplicissimi scilicet animalis. Simplicissimum genus voco summum, quod supra se verum sive synonymicum genus non habet, ut substantia. Quamvis & sensitivum plura in se comprehendat, non enim saltem notat id, quod δυνάμει αἰσθητικῇ *sentiendi facultate* præditum est, sed etiam id, quod instructum est δυνάμει exercendi actiones vitales, per organa à natura ad id destinata. Επισημονικὸν autem notat verum: circa necessarias conclusiones occupatum: ex veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus & causis conclusionis colligentem. Vid. I. Poster. c. II. & VI. *Dicent:* Plura includere & rationale, nempe vegetativum & sensitivum. At vegetativum & sensitivum sunt constitutivum generum, non differentiarum. Et hæc ipsa jam includuntur in animali. Sic ergò definitio redderetur nugatoria. Superfluum enim est dicere, vegetativum & sensitivum animal, æq; ac superfluum est: Animal homo, aut pedes habens, bipes: includitur enim animal in homine, & in bipede, habens pedes, quod in definitionibus aufugiendum est. μὴ δὲ πολλάκις ταῦτ' ἀλέγειν ἐν τῆς ὁρισμοῦ, περιεργον γάρ, *non oportet crebrò eadem in definitionibus dicere: superfluum namq; est,* inquit Arist. lib. VII. Metaphys. c. XII. & VI. Top. c. I. πᾶν τὸ περιεργον ἐν τῷ ὁρισμῷ, περιεργον. *Quicquid amplius (quam necesse erat, ut ante dixerat) adjectum eris in definitione, supervacaneum erit.* Tacemus quod hac ratione sequeretur, animam rationalem non extitutam esse post mortem, quoniam & vegetativa & sensitiva non sit amplius, ut adeo exceptio hæc nulla sit.

§. X. Deinde docet Aristoteles, lib. VI. Topic. c. III. (VI), quod omnis differentia habere debeat differentiam oppositam positivam, sicut v. g. Animalis differentia, pedestre & volatile, bipes

C

bipes

bipes & aquatile sibi invicem positivè opponuntur. Ratio loci  
 hæc est, quod differentiæ sint simul naturâ, & ex eodem genere in-  
 ter se invicem dividantur, quod vicissim animalis exemplo osten-  
 dit Philosophus, lib. Categor. c. XIII. vel: (ut alii numerant) in  
 cap. III. Postprædicamentorum, ubi dicit: καὶ τὰ ἐκ τῆ αὐτῆς γέ-  
 νους ἀντιδιαιρεμένα ἀλλήλοις ἅμα τῇ φύσει λέγεσθαι. ἀντιδιαιρεθῆναι δὲ λέ-  
 γεσθαι ἀλλήλοις καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν διαίρεσιν (ὑπάρχοντα) οἷον τὸ πτηνὸν καὶ τὸ  
 πεζῶν καὶ τὸ ἐνὺδρον. ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις ἀντιδιαιρεῖσθαι ἐκ τῆ αὐτῆς γένους  
 ὄντα. τὸ γὰρ ζῶον διαίρεται εἰς ταῦτα (εἶσε) τὸ πτηνὸν καὶ τὸ πεζῶν,  
 καὶ τὸ ἐνὺδρον. καὶ ἑδένγε τῶν πρῶτον ἢ ὑστερὸν ἐστὶ, ἀλλ' ἅμα τῇ φύ-  
 σει τὰ τοιαῦτα δοκεῖ εἶναι. Atq; etiam ea, quæ ex eodem genere qua-  
 si ex altera parte cum dividuntur, sibi opponuntur, quæ ex eadem  
 sunt divisione: ut volucres, terrene & aquatili. Nam hæc cum sint ejus-  
 dem generis species, in divisione sibi invicem opponuntur. In illa enim  
 animal dividitur, in volucres inquam, terreste & aquatile. Atq;  
 horum nihil aliis prius est, sed simul naturâ sunt. Quibus per omnia  
 conformia habet Simplicius in Commentario h. l. Præterea, dif-  
 ferentiæ genus dividentes, specierum ingrediuntur constitutio-  
 nem, v. g. (ut communissimo exemplo utamur) aquatile & ter-  
 restre sunt differentiæ divisiivæ generis, scilicet animalis. Sed ipsæ  
 quoq; hæc, ingrediuntur constitutionem specierum ejusdem ani-  
 malis, v. c. piscis, bovis, leonis, canis &c. Aliàs nisi ingrederen-  
 tur in specierum constitutionem, ipsam definitionem earundem  
 non ingrederentur, cum in definitione non assumantur differen-  
 tiæ, nisi quæ additæ generi, certam constituunt speciem (propte-  
 rea εἰδοποιῶν dictæ), VI. Topicor. cap. III. (VI.) Privativum autem  
 quod est, quatenus privativum est, quæ in veræ positivæ speciei  
 definitionem ingrediatur? ἔκ ἐστὶ δὲ διαφορὰ στερήσεως ἢ στερησι-  
 ἀδύνατον γὰρ εἶδη εἶναι τῶ μὴ ὄντι. οἷον τῆς ἀποδίας, ἢ τῶ ἀπώτερος, ὡς-  
 περ πλερώσεως καὶ ποδῶν, ait Philosophus, lib. I. de Partibus Ani-  
 mal. cap. III. Privationis quæ privatio est, nulla est differentia, non  
 enim

enim

enim fieri potest, ut species ejus sit, quod non est, velut impediti, aut impennati, sicut pennati & pedati. Jam, rationale non habet oppositam differentiam positivam. Quænam enim illa esset, num brutum? Hoc varia significat. Atq; uno quidem modo dicitur id, cui *cor durum riget*, sive, quod cor durum & frigidum habet, ut Plinius animadvertit in lib. XI. Histor. Natur. cap. XXXVII. Altero verò id, quod hebes & tradum, item stolidum & sine sensu est. Notavit hanc significationem vocis istius Nonius Marcellus Peripateticus Tiburiensis, de Proprietate Sermonum, cap. II. de honestis & novè veterum dictis, quando ait: *Brutum dicitur hebes & obtusum. Lucr. lib. III. An contracta suis è partibus obrutescat. Pac. Hermon. EA (fortè legendum eum) aut brutum aut elinguem putes.* Et Nicolaus Perottus in Comment. Linguae Latinæ, quem cornu copix inscripsit, *Brutum*, ait, *à terra deductum est, cujus epitbeton est, bruta, hoc est, sine sensu & quasi obruta. A brutum bruteo veteres dixere, pro stupeo, à quo obruteo pro obstrepeo. Afran: Non possum verba facere obrutui.* H. J. Neutra vocis hujus significatio locum hic obtinet, neutra enim τῶ rationali positivè opponitur. Accedit, quod ipsi quoq; dissentientes doceant, brutum esse genus equi. Si enim genus est, quì potest esse differentia? Nam *Genus nullius rei differentia est, sicut nec species nullius*, I. Topic. c. XIII. (XV.) cæteroquin idem simul contrariorum participaret, lib. VII. Metaphysic. c. XII. Amplius ostendit hoc & *ἄλογον τῆς κατηγορίας*. Genus enim prædicatur ut substantia, differentia autem ut quale, v. I. Topic. c. IV. Animal etenim non est aliquid alterum, sed simpliciter, Bipes autem non simpliciter, sed aliquid alterum, ut animal, vel homo, diversa quippe sunt genera, nec unum sub altero continetur. Vid. Casalpini Peripateticum omni laude majorem, in *Quæstion. Peripater.* lib. I. Q. VI. An verò brutum idem significat quod *ἄλογον*? Benè. At *ἄλογον* privationem denotat. Quid enim est *ἄλογον*, nisi quod

ratione caret? Quî ergò hoc differentia erit? quî ad constitutionem speciei ἁπλῶς pertinebit? In genere animæ quidem non refragamur habere τὸ λογικὸν differentias oppositas positivas: nimirum, vegetativum & sensitivum, vel etiam eam partem quæ obtemperare potest, I. M. M. c. V. II. Eudem c. I, At non ut de animali accipitur.

§. XI. *Inquires*: Non omnes voces, quæ privationem significare videntur, statim etiam verè *σέρησις*, *privationem* significant. Ita est, docet id Ammonius in lib. Categor. cap. X. (juxta alias editiones, in Postprædicamentorum caput I.) ubi *περὶ τῶν σέρησεων* ait, ἐπὶ τινῶν ὄνομα καὶ πρᾶγμα σερητικόν, ὡς ἐπὶ τῆ ἀνααιδήϊς, ἐπὶ τινῶν τὸ πρᾶγμα μόνον σερητικόν, μηδὲ τὸ ὄνομα, ὡς ἐπὶ τῆ κόφου καὶ τύφου. Ἐπὶ τινῶν τὸ ὄνομα μόνον σερητικόν, μηδὲ τὸ πρᾶγμα. Quæ sic in Latinum sermonem convertit Johannes Baptista Rasarius, Novariensis Medicus: *In quibusdam (privationibus) nomen est res privans est, ut in insensibili, in quibusdam nomen solum, ut in immortali est incorporeo, quod corpori opponitur: in quibusdam res sola est non nomen, ut in surdo est cæco.* Nec desunt nobis exempla alia, quibus rem præsentem illustrare possimus, v. gr. τὸ αἰδίον Græcis privativa vox est, est enim composita ex litera σερητικῆ α. Tales autem voces omnes privativas esse docet Philosophus: — Ὅσα χῶς δὲ ait, αἱ ἀπὸ τῆ αἰ ἀποφάσεις λέγονται, τοσαύτα χῶς καὶ αἱ σέρησεις λέγονται, *quoties negationes ab IN vel simili negatione incipientes dicuntur: toties est privationes dicuntur*, lib. IV. [V.] Metaphysic. cap. XXII. At res, æternū positivū significat. Ἀσώματον incorporeū item vox privativa est, sed spiritum denotat, rem positivā. Sic ἀκίνητον *immobile*, idem privativum vocabulum, significat substantiam maximè perfectam, quæ neq; moveri, neq; corrumpi possit, sed sit horum omnium principium, v. XII. Metaph. c. VII. & VIII. At quid hoc ad irrationale; quod non magis positivum quid notat, quam tenebræ, vacuum & similia.

§. XII,

§. XII. Porro, differentia generum non subalternatim positorum, sunt diversae specie. τῶν ἑτερογενῶν, καὶ μὴ ὑπάλληλα τεταγμένων, ἑτέρα τῶ εἶδει καὶ διαφορὰ, ὅιον ζῶα καὶ ἐπιστήμη. Quorum genera diversa sunt, nec unum ab altero continetur, eorum etiam differentia specie differunt, ut animalis & scientia. Est hæc regula διακριτικὴ τῆς πλατῆς, in Antecategor. c. III. repetiturq; I. Topicor. cap. XIII. (XV). Habet autem rationem: Differentia enim unius generis, non possunt aptari alteri generi, si scilicet per se insint, v. c. differentia animalis, terrestre, volatile, aquatile, non possunt coaptari scientiæ, cum animal & scientia non sint unius generis sed diversorum, hoc quidem qualitatis, illud substantiæ. Per accidens enim nihil prohibet, quò minus differentia unius generis aptari possint & alteri, ut si bipes aut multipes accommodetur, non quidem pedes habenti, cujus per se differentia sunt, sed plumoso aut implumi aut aliis hujusmodi, quorum per accidens differentia sunt. I. de Partibus Animal. cap. II. Interea Subalternorum generum, eadem possunt esse differentia. e. g. avium, aliæ herbam comedunt, aliæ semen, aliæ carnes. Eadem v. sunt differentia animalis per se. Ita porro, aquatile & terrestre non tantum per se sunt differentia avium, verum & animalium: nec horum solum, sed etiam viventium corporum & plantarum. Ast, eorum, quæ subalternatim posita non sunt, etiam non sunt eadem differentia, nimirum specie. Aliàs enim & diversorum generum alio modo videntur esse eadem differentia, ut animalium & vasis, habere pedes & ἄπες. Nam & vas aliud pedes habet, ut lectica, mensa, tripes: aliud non habet. Verum pes animalis & lecticæ non sunt specie idem, sed ὁμωνύμως & κατὰ μεταφορὰν, solo enim nomine conveniunt, vel sunt idem secundum ἀναλογίαν. Quam expositionem verborum Aristotelis debemus γνησίῳ ejusdem Interpreti Simplicio, qui in Comentario lib. Categor. c. III, ad præsentem regulam, sic scribit: Ἐτέρας δὲ ἔχ ἁπλῶς εἶπε τὰς διαφορὰς,

ἀλλὰ τῷ εἶδει ἑτέρας. Ἐπειδὴ πολλάκις καὶ τῶν ἑτέρων γενῶν, οἷον ζῶα  
 καὶ σκεύη ἀνὰ ἀνὰ δοκῶσι διαφορὰ. καὶ γὰρ τῶν ζῶων τὰ μὲν ἐστὶ ὑπόποδα,  
 τὰ δὲ ἄποδα. καὶ τῶν σκευῶν ὁμοίως. ὑπόποδα μὲν κλίμη, τρίπεζα, τετ-  
 ραπύς καὶ τὰ τοιαῦτα. ἄποδα δὲ, τὰ πολλὰ. Ἀλλ' ἐκ ἐπι τῷ εἶδει ἀνὰ ἀνὰ  
 διαφορὰ εἰσιν, ἀλλὰ καθ' ὁμωνυμίαν. ἔστι γὰρ πλεονόν ἐστὶ τῷ εἶδει ζῶα πύς  
 καὶ κλίμη. κατὰ μεταφορὰν τὸ ἕτερον λέγεται, τῷ ὀνόματι μόνον, ἀλλ'  
 ἐστὶ τῷ πράγματι κοινωνήτων. H. J. Atqui nunc, si applicatio fiat,  
 Anima & Animal, non sunt genera subalternatim posita, neu-  
 trum enim sub alterutro est, diversas itaq; specie habebunt diffe-  
 rentias. Quænam sunt illæ? Terrestris, aquaticæ, ἀμφοτερίζον anima-  
 lis differentias esse, constat ex I. Histor. Animal, I. Animæ au-  
 tem differentia est ipsum λογικὸν rationale, I. Ethic. c. XIII. (extre-  
 mo) lib. I. M. M. c. V. & I. Politic. c. V. Quomodo ergò ratio-  
 nale Animalis differentia esse potest?

§. XIII. Dices: Imò, tamen anima & animal sunt sub eo-  
 dem genere, quod est substantia. Verùm sciendum est. Aliud  
 esse genus prædicandi, aliud Genus ἀπλῶς. Illud reverà coinci-  
 dit cum κατηγορία, quæ hoc sensu nihil aliud denotat, quàm mo-  
 dum prædicandi generalem, quo aliquid dicitur de aliquo, imprimis  
 substantiâ singulari, quæ omnium prædicationum fulcrum  
 & basis est. Hæc enim sola est quæ non dicitur de alio, sed de  
 quâ cætera omnia dicuntur, quanquam non uno eodemq; modo,  
 sed decem. Unde decem prædicandi genera esse dicuntur, vo-  
 canturq; τρόποι. IV. Met. VII. & γήματα, V. Metaph. VII. I. Prior.  
 Analyt. XXXII, (XXXIV.) & alibi. Hoc autem verum genus est,  
 & definitur I. Topic. c. IV. τὸ κατὰ πλείονων καὶ διαφερόντων τῷ εἶ-  
 δει ἐν τῷ τί ἐστὶ κατηγορούμενον, id quod de pluribus ἔστι specie differenti-  
 bus prædicatur (verè affirmari aptum est) in quid est. Videlicet συν-  
 ωνύμως καὶ ἴσως, univocè ἔστι equaliter, sicut v. g. animal verè affir-  
 mari potest in quid est συνωνύμως καὶ ἴσως, de homine, equo, cane  
 leone. Animal enim æquè dicitur de equo, cane, leone, ac  
 de

de homine, tauro item & reliquis animalis speciebus. Discri-  
 men sanè inter hæc duo genera non esse negligendum, id quo-  
 que patet inter alia, & ex τρέπω τῆς κατηγορίας. Nam rectè qui-  
 dem dicimus, dari quatuor causarum genera, item dari quinque  
 prædicabiliū genera. At quis inde colliget, causarum ista genera  
 vel etiam prædicabilium, esse ἀπλῶς & vera rerum genera? Sanè  
 is committet fallaciam à dicto κατὰ τι καὶ πῆ ad dictum ἀπλῶς, qui  
 talia confuderit. Unde & Plotinus, aliud dicit esse γένος, aliud  
 κατηγορίαν, Enneade VI. lib. I. cap. X. Jam verò substantia non  
 est verum genus, quod ἀπλῶς tale est, sed quod κατὰ τι & πρὸς τῆς  
 συνθήκης cum addito prædicandi genus est. Non enim dicit τί ἐστὶ  
 v. g. quid sit homo, sed modum saltem, quo aliquid de altero dici-  
 tur. Patet hoc ex categoriis reliquis, earū quippe nulla prædicatur  
 in quid, non enim dicunt, quid bicubitū, quid calidū, quid frigi-  
 dum, quid pater &c. Sed solū quomodo prædicentur ista de sub-  
 stantia quadam singulari. Nempe illud ad quæstionem τί ἐστὶ,  
 istud ad quæstionem quanta res sit, hoc, ad quæstionem qualis &  
 sic deinceps. Hinc in recensendis iis Aristoteles non dicit, cate-  
 gorias esse εἰσίαν, ποσότητα, ποιότητα, sed τὸ τί ἐστὶ, ποσόν, ποιόν. &c.  
 I. Categ. c. IV. I. Top. VII. VII. Metaph. c. I. Ac propterea quoque  
 substantia verum genus non est, sed γένος πρὸς ἐν. VII. Metaph. c.  
 III. Neque enim συνωνύμως καὶ ἴσως dicitur de suis inferioribus (ut  
 loquuntur Scholastici). Cum enim dicatur de materia, forma,  
 & composito, κατὰ μᾶλλον καὶ πρότερον dicitur de composito &  
 postea de forma: κατὰ ἧττον verò καὶ ὕστερον de materia. Sic enim  
 ibidem Philosophus: τὸ εἶδος αἶτ, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, εἰσία δόξειεν  
 αὖ μᾶλλον εἶναι τῆς ὑλης: Forma, ἔσ' quod ex ambobus est (compo-  
 situm) videtur esse substantia magis quàm materia. Dicuntur au-  
 tem forma & materia ideò substantia, quod velut partes sunt sub-  
 stantiæ sive compositi, hoc verò, quia est totum quoddam & ὑπε-  
 κείμενον accidentium. Qua ratione Philosophus lib. III. Physic.  
c. VI.

c. VI. t. LXVI. in specie materiam vocat partem totius, *μῦρον γὰρ*  
 inquit, *ἡ ὕλη τῆ ὄλας, ὡσπερ ὁ χαλκὸς τῆ χαλκῆ ἀνδρείαν* ⊕: *Pars*  
*materia totius est, sicut as aenea statua.* De forma confer VII. Me-  
 taph. X. At de toto & partibus nihil idem dicitur *συνωνύμως*, cum  
 pars & totum non possint esse species alicujus generis & synony-  
 mi, propterea quod prioris & posterioris obtineant rationem, ut  
 verissimè loquitur Jacobus Schegkius in Prædicam: Arist. f. 26.  
 Jam verò, & Animal & Anima dicuntur quidem substantia, at non  
*ἴσως καὶ συνωνύμως.* Illud enim sic dicitur quatenus substantia no-  
 tat τὸ ὑφιστάμενον κατ' αὐτὸ. Hæc, quia est pars essentialis talis sub-  
 stantia. IV. (V.) Metaph. c. VIII. vel, Animal est substantia ut com-  
 positum, anima ut actus & forma, quod non obscure hoc modo  
 sic determinat ipse Philosophus, inquiens: *ἡ μὲν ψυχὴ εἶσα ἡ πρώ-  
 τη τὸ δὲ σῶμα ὕλη, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἢ τὸ ζῶον τὸ ἐξ ἀμφοῖν.* *Anima*  
*quidem substantia prima (forma), corpus verò materia: homo verò*  
*vel animal, quod ex ambobus.* VII. Metaph. cap. XI. Dici ergò non  
 potest, quod hæc duo, Anima & Animal, sub eodem verò genere  
 contineantur, aut subalternatim posita sint.

§. XIV. Præterea, differentia quoq; continuam & inso-  
 lubilem cum genere suo debent habere connexionem, insunt e-  
 nim generi per se & non per accidens. Neq; enim ulla differen-  
 tia est in eorum numero, quæ per accidens insunt, quemadmo-  
 dum nec genus, *εἰ γὰρ ἐνδέχεται τὴν διαφορὰν ὑπάρχειν τινὶ καὶ μὴ ὑπ-*  
*άρχειν, quia fieri nequit ut differentia eidem insit & non insit.* VI.  
 Topic. cap. III. (VI). *Iisq; rebus dividendum est, quæ sitæ in sub-*  
*stantia sunt κατ' αὐτὸ* (quas voces etsi Gaza & Niphus non habeant,  
 leguntur tamen cap. V. seq. ut animadvertit Duvall. h. l.), *non iis*  
*quæ accidunt*, dicitur lib. I. de Partibus Animal. cap. III. Sic ani-  
 malis differentia non possunt constitui album & nigrum, hæc e-  
 nim animali per se non insunt, sed accidit animal esse album vel  
 nigrum, atq; hæc etiam parieti inesse possunt. Ad hæc quid aliud  
 est



est species, quàm σύλληψις τῶν διαφορῶν μετὰ τῷ γένει testante Simpli-  
 cio, Com. in II. Physic. II? At, quomodo differentia cum genere  
 suo certā speciē contrahere possunt, si non invicē arctē cohærent  
 differentia & genus? Ita cohærent par & impar cum numero, re-  
 ctum & curvum cum magnitudine, nexu insolubili. Talem  
 quoq; nexum habet terrestre, aquatile, ἀμφοτέρωθεν, cum ani-  
 mali. At qualis nexus est inter animal & λογικόν, sive inter sensi-  
 tivum & λογικόν? Hoc vocabulum duo præprimis denotat, pri-  
 mō id, quod unum ex alio colligere potest, quo sensu apud Gale-  
 num & Plutarchum accipi mox videbimus. Deinde notat τὸ  
 λογιστικόν, sive βουλευτικόν, quod intelligendi & deliberandi δυνάμει  
 præditum est. Sic Aristoteles voce hac utitur in I. Ethic. c. ult.  
 (XIII.) VI. Ethic. c. II. & alibi passim. In priori significato vo-  
 cabulum λογικόν etiam in bruta cadit, nam & illa possunt unum  
 ex alio colligere, quod abunde satis experientia testatur. Ex. gr.  
 canis si semel in culina fustibus sit exceptus, trepidè eam ingre-  
 ditur, colligens per phantasiā, ex eo quod memoriæ inscriptum  
 habet, sibi non esse audacter ingrediendum in culinam,  
 quia fustibus excipiat. De vulpe in Thracia observatum  
 esse tradit Plinius, quod cum alioqui solerti sit auditu, aure ad  
 glaciem appositā, conjectet crassitudinem gelus, lib. VIII. Hist.  
 Nat. cap. XXIIIX. Colligens ex strepitu an iter pateat ad pastum.  
 Tacemus Elephantes, quos per funes incedisse, ductusq; Græca-  
 rum literarum didicisse, Autores fide digni testantur, Seneca &  
 (quem citat Petrus Crinitus Vir doctissimus lib. V. de Honest.  
 Disciplina, c. XIII. p. m. 148.) Mutianus. Imò si omnium animan-  
 tium solertiam inspiciamus, quid illa aliud est, quàm λόγος qua-  
 si quispiam, aut certè λόγῳ quid ἀνάλογον? Unde nec ipse, Gale-  
 nus Medicorum post Hippocratem summus, brutis λόγον ἐνδιά-  
 θετον quendam tribuere veretur, dum in Protreptico suo ad bonas  
 artes discendas, statim ab initio sic scribit: Εἰ μὲν μηδὲν λόγῳ  
 D μέτε-

D

μέτε-

μέτεστι τοῖς ἀλόγοις ὀνομαζομένοις ζώοις, ἀδηλόν ἐστι, ἴσως γὰρ εἰ καὶ τὸ  
μὴ κατὰ τὴν Φωνήν, ὃν καὶ περιφορικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τῆς τῆν ψυ-  
χῆν, ὃν ἐνδιάθετον καλεῖται μετέχει πάντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἥττον.  
Quæ verba in Latin. sermonem transtulit Erasmus Roterodamus  
hunc in modum: *Etiam si animalia bruta non habeant rationem  
illam enunciativam sermocinatricemve, quâ nos ipsi præditi sumus,  
eam tamen quæ secundum animam, quam ἐνδιάθετον vocant, hoc est,  
rationem intus delitescentem fortasse nobiscum habent omnia commu-  
nem, licet alia magis alia minus.* Prolixius in hanc rem disserit  
apud Plutarchum de Animalium solertia Autobulus, idè Latina  
saltem adscribere cogimur ex interpretatione Guil. Xylandri,  
quæ ita habent: *Quis verò mi Soclare hoc postulavit, ut cum sit ra-  
tione præditum in rebus, negetur esse aliquid ratione carens (utitur  
Plutarchus vocibus τῶ λογικῶ καὶ ἀλόγῳ)? Brutarum enim rerum  
abundè est in omnibus animæ expertibus. Neq; aliâ indigemus re,  
quam opponamus ratione prædita: cùm omne quod animâ caret ac  
mente, adversum ei collocare liceat, quod cum anima rationem est na-  
ctum. Quod si quis postulet, ne natura sit manca, debere animato-  
rum alia rationem habere, alia esse bruta: invenietur, qui eodem ju-  
re flagitet, animalium alia debere esse vi imaginandi prædita, alia eâ  
carere: Alia sensum habere, alia non habere, scilicet ut oppositas ha-  
bitibus istis privationes, equalibus veluti momentis natura habeat.  
Quod si hæc postulare absurdum est, cum quodvis animal simul & sen-  
tiendo & imaginando, vim nanciscatur; ne hoc quidem rectè postula-  
bitur, esse animalium alia ratione prædita, alia bruta. Idq; ab iis ho-  
minibus, qui nihil sentire putent, quod non etiam intelligat (quâ de re  
mox Stratonis Physici orationem citat): Neq; animal censeant,  
cui non ut sensus & appetentia, ita etiam & opinandi & ratiocinandi  
vis insit. Etenim natura, quam isti finis certi gratia omnia facere  
probè dicunt, non eò animal sentiens creavit, ut duntaxat afficeretur  
sentiendo. Sed cum multa sint naturæ ejus convenientia, multa  
advera*

*adversa: non poterat vel momentum temporis incolumitatem suam  
 evadere, nisi quadam fugere alia confectari nosset.* Hæc ibidem. Conf.  
 etiam Gryllum Plutarchi, qui est *περὶ τῶν ἀλογα λόγων χρῆσται.* &  
 Elian. in Hist. Animal. lib. VI. c. L. Neq; hæc ab Aristotelis  
 sententia prorsus sunt aliena. Is enim lib. I. Metaphysic. c. I.  
 phantasiæ & memoriæ tribuit, quicquid in brutis solertiæ pru-  
 dentiam, aut docilitatis conspiciatur. Libro autem I. M. M. cap. I.  
 dicit solertiæ, prudentiam, memoriæ &c. nasci in ea parte ani-  
 mæ, quæ rationē habet. Unde non difficile est colligere Arist. qd.  
 voce λογικῆ in hac significatione acceptâ, animalibus λόγον quen-  
 dam assignasse. In posteriori vero significatione, si capiatur voca-  
 bulum hoc, (quatenus nimirum λογικὸν idem est, quod λογιστικὸν καὶ  
 βουλευτικὸν prout apud Aristotelem sumitur) dicant quæso illi, qui  
 pro vulgari illa hominis definitione tanquam pro aris & focis di-  
 micant, quænam sit connexio hujus δυνάμεως cum sensitivo esse?  
 Præterquam, quod ipsimet doceant & statuminent, τὸ λογικὸν et-  
 iam de Angelis dici, qui sub Animali non continentur. Diffe-  
 rentia autem non est extra genus. Aliàs si extra genus sese pro-  
 riperet, accidens esset, quoniam sic posset esse absq; genere. Id  
 quod ipsam etiam visum est Galeno scribenti lib. III. Methodi:  
 Quod absq; genere potest esse, id ipsum differentia non est, velut  
 erysipelas, differentia non est vulneris, cum erysipelas etiam pos-  
 sit esse sine vulnere. Sic, bonum quoq; voluntatis differentia  
 non est, quia bonum etiam in aliis est. Nec ergò & τὸ rationale  
 eodem modo se habens, erit animalis differentia.

§. XV. Tandem docet Aristoteles, quod in naturalibus dif-  
 ferentia significet formam non nudam, sed in materia. Ἔστι δὲ ait,  
 ἡ διαφορὰ τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ, lib. I. de Partibus Animal. cap. III.  
*Differentia species est in materia.* Ratio in promptu est: Facit enim  
 differre speciem totam, non partem ejus ab alio, ut terrestre ho-  
 minem ab aquali totum. Ideò statim addit: ὅτι γὰρ ἀνευ ὕλης

ἔδεν ζῶα μόριον, ἔτε μόνη ἢ ὕλη. ἔ γάρ πάντως ἔχον σῶμα ἔσαι ζῶον,  
 ἔδὲ τῶν μορίων ἔδεν. *Neq̄ enim sine materia pars ulla esse potest ani-*  
*malis, neq̄ sola materia: Non enim quoquo modo habens quid corpus,*  
*animal est, nec partium ulla.* Idq̄; non solum VI. Metaphysic. c. I.  
 sed & passim alibi inculcat, imprimis verò VII. Metaphysic. c. XI.  
 ubi in Platonem ait: ἀφαιρῆν τὴν ὕλην περιέρχον. Ἐνια γὰρ ἴσως τὸ  
 οὐκ ἐν τῷ ὄντι ἐστίν, ἢ ὡς τοῦ ἔχοντα. *Auferre materiam supervacaneum*  
*est. Quaedam namq̄ fortasse, hoc in hoc sunt, aut sic hæc habentia,*  
 sicut v. g. carnes aut ossa hominis, & æs & lapis circuli, ut paulò  
 ante dixerat. **Et** postea: χαλεπὸν, inquit, ἀφελῆν τῷτο διανοίᾳ,  
 οἷον τὰ τῶ ἀνθρώπου εἶδη αἰεὶ ἐν σαρκὶ φαίνεσθαι καὶ ὁσίοις, καὶ τοῖς ποιότοις  
 μέρεσιν. Ἄρ' ἐν καὶ ἔστι μέρη τῶντα τὰ εἶδη καὶ τῶ λόγῳ ἢ ἔ, ἀλλ' ὕλη;  
*Difficile est hoc (id est materiam) mente auferre: ut puta species ho-*  
*minis semper in carnibus & ossibus & talibus partibus apparet. Utrum*  
*igitur sint hæc partes speciei, & rationis an non, sed materia? Quod*  
 si autem difficile imò impossibile est, formam separari posse à ma-  
 teria, & differentia formæ subeunt rationem in distinctionibus  
 compositorum, ut docetur VIII. Metaphysic. c. II. patet, quod  
 differentia absq̄; materia in naturalibus considerari nequeant, ac  
 proinde totam speciem ab alio differre faciant. Unde probè ad  
 mentem præceptoris sui Theophrastus Aristotelis discipulus pri-  
 micerius, in definitionibus eas differentias accipiendas esse jubet,  
 quæ totam speciem, non partem saltem compositi manifestent,  
 τὰς μὲν αἰτ διαφορὰς ἐκ τῶν ληπτέων ἐξ ὧν καὶ ὅλη μορφή συνδηλῶ-  
 ται καθ' ἕκαστον. *Differentias ex his rebus capi oportet, quibus vel tota*  
*forma in singulis perspicitur potest.* lib. I. Hist. Plant. cap. I. Ast  
 hæc differentia, quæ animal in λογικὸν & ἄλογον distinguitur, ani-  
 mal non determinat secundū totum, sed saltem secundū partem,  
 nimirum animā, aut etiam facultatē aliquam ejusdem. Animæ  
 enim hanc divisionem competere, non animali, ex communi  
 etiam consensu probat Aristoteles. *Ἡ ψυχὴ inquit, ὡς φασμέν, εἰς*  
δύο

δύο μέρη διηρημένη, εἶσε λόγον ἔχον, καὶ ἄλογον. *Anima, ut dicere solemus in duas partes distribuitur, in eam qua rationem habet, & qua rationis experta est.* I. M. Mor. c. V. Quod idem repetit lib. II. Ethic. ad Eudem. cap. I. Unde rursus apparet rationale legitimam differentiam animalis non esse, nec proinde ingredi in definitionem hominis.

§. XVI. At, non parvam videtur nobis hinc parere difficultatem locus ille Philosophi lib. VII. Metaphysic. cap. XI. in quo dicit: *Ἐν τῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τὰ ἕτω μέρη ὡς ὕλη ἔκ ἐνests.* *In ratione substantia (hoc est definitione, hanc enim λόγον τῆς οὐσίας ostendit esse II. Post. X. VII. Metaphysic. c. XII. VIII. Met. c. I.) quae ita partes sunt, ut materia, non insunt.* Jam autem differentia, quas formae vicem subire diximus in naturalibus, omnino insunt in definitionibus. Est enim definitio ὁ ἐκ τῶν διαφορῶν λόγος *ratio ex differentiis*, VII. Metaph. c. XII. Idcirco solam formam, eamque sine materia acceptam significabunt differentia? An forma λόγῳ καὶ διανόια saltem (quod ipsum tamen vix fieri posse ostendimus §. praeced.) separari potest, à materia, non ἀπλῶς, cum revera à materia separata nunquam existat. Quod videtur innuisse Philosophus lib. I. de Gener. & Corrupt. c. V. t. XXVII. docendo, materiam à forma sejunctam nihil esse. *χωριστὴ μὲν, inquit, οὐσία ἢ οὐδένα καθέξει τόπον ἢ οἶον σιγμῆ τις, ἢ κενὸν ἔσαι, ἢ σῶμα ἔκ ἀδηλον.* *Separata autem nullum possidebit locum, velut punctus aliquis aut vacuum erit, aut & corpus non sensibile.* Nota praeterea esse debet formae distinctio, inter simpliciter existentem & non alicujus materiae, & non simpliciter sed alicujus. Posterioris à nobis habetur ratio, non item prioris. Consideramus enim hoc loco animal φυσικῶς, quo considerandi modo, non minus separari potest anima ab animali, quam finem à naso, ut ex supra dictis facile dicitur. Locum ergo Metaphysicum quod attinet, difficultatem circa eundem ipse Philosophus enodat, dum discriminat materi-

D 3

am,

am, quæ pars est totius, ab ea quæ pars est speciei: addit enim statim: *ἕνα ἐστὶν ἐκείνης μόρια τῆς ὁσίας, ἀλλὰ τῆς συνόλης*: Non enim sunt illius substantie partes sed totius. Hæc namq; singularis est, in quam corrumpitur unumquodq;. Cum autem scientia (de qua ibidem loquitur) quævis, sive per definitionem, sive per demonstrationem, sit universalium quæ æterna sunt, oportuit à tali materia sejungere, per quam res singulares sunt simul & corruptibiles. Altera verò materia, cum illius respectu quidem forma sit, respectu autem alterius partis quæ in definitione ponitur, materia dicatur, omninò non excluditur à definitione. Dicimus itaq; definitionem competere formæ, non autem composito, id est, singulari: alicui tamen composito, quatenus forma non simpliciter est, sed alicujus forma. Aliàs, si differentia in definitionibus nudam formam significaret, fieret hinc, ut quoniam anima forma est, plantæ omnes ejusdem speciei individua essent & animalia tactum solum habentia, & reliqua ratione carentia, non in multitudinem specierum distinguerentur. Non enim differunt plantæ per animæ differentiam. Nam præter vegetativum quod omnibus commune est, nihil habent: Similiter tactum habentia, aut omnes sensus, rationem autem nequaquam. Si igitur illud ἔ μὴ διαφέρει διαφορῇ τούτων *cujus differentia* (aliquid) non differt, idem est IV. Physic. t. 134. (ult.). Animæ autem differentiâ plantæ non differunt inter se, eadem ergò anima erit in omnibus plantis. quæ verba τῶ πάντων Casalpini nostra facere lubuit, ex lib. I. Qq. Peripat. Q. VI. Ea, cum ostendant absurditatem, fluentem ex separatione formæ à materia, nostram stabilunt sententiam, differentiam solam formam non significare, sed formam in materia. quod, quia rationale in definitione hominis non facit, ut §. XV. probavimus, in propatulo est, non habere *εἶναι πάντες τὸ ὄντιον*, ut in proverbio dici solitum est.

§. XVII.

§. XVII. Verum enim verò, nondum hæc omnia omnibus  
 sunt ad palatum, objiciunt enim aliqui & dicunt: Ea ponenda  
 esse in definitione alicujus rei, quæ essentiam ejusdem expri-  
 munt, cum definitio nihil aliud sit, quàm oratio exprimens τὸ τῆ  
 ἢν εἶναι, hoc est, essentiam rei, I. Topicor. c. IV. At ejusmodi  
 quoq; est & rationale, quod in definitione hominis loco diffe-  
 rentiæ positum est, hoc enim exprimit essentiam hominis. Sed,  
 quod pace tantorum virorum dixerimus, id non sufficit. Non  
 omnia enim quæ essentiam rei exprimunt in definitione ejus col-  
 locanda veniunt. Aliàs in cujuscunq; substantiæ naturalis com-  
 positæ definitionem ingrederetur τὸ compositum esse ex materia  
 & forma: & definitio numeri quaternarii & binarii, definitionem  
 ingrederetur senarii, utrumq; enim definiti naturam exprimit.  
 Ita neq; in definitione hominis omnia ponenda sunt quæ qua-  
 eunq; ratione videntur essentiam ejus exprimere. Nam & phan-  
 tasià esse præditum, reminiscentià & proæresi, item civile esse pari  
 pacto se habent, nec tamen illa in definitione hominis ponenda  
 sunt. Quantum enim ad civile, homo sanè non per accidens ali-  
 quod, sed per suam essentiam civilis est. Et civile est differentia  
 animalistalis quale homo est I. Histor. Animal. c. I. Nisi enim  
 hoc, quæritur an accidentaliter homo sit civilis? Hoc verò re-  
 pugnat loco in I. Politic. cap. II. ubi dicitur, hominem esse ζῷον  
 πολιτικὸν τῆ φύσει animal civile naturâ. Si naturâ, utiq; ἐσιωδῶς es-  
 sentialiter. De intellectu idem dicendum est, per quem tamen  
 homo non definitur in physicis. Ideò, non omnes differentiæ,  
 quæ ad essentiam pertinent, sunt ponendæ in definitione speciei,  
 sed primæ & immediatæ, quæ naturâ priores sunt, ex his enim de-  
 finitio constare debet, ut supra offensum est, ex VI. Topic. cap. IV.  
 Ac proinde in definitione hominis, ponendæ quoq; sunt illæ dif-  
 ferentiæ, quæ inter differentias animalis sunt primæ. Tales au-  
 tem non sunt illæ, quæ sumuntur à moribus & actionibus, ad quæ  
 per-

pertinet τὸ λογικόν, sed quæ defumuntur à vitæ genere & partibus, quæ ipsam naturam animalium constituunt, & propter quas animal sentit, movetur, vivit. Motu etenim & sensu maximè differre dicit Aristot. animatum ab inanimato, κινήσει δὲ καὶ τῶ αἰσθάνεσθαι τὸ ἔμψυχον τῶ ἀψύχῳ μάλιστα διαφέρειν δοκεῖ. *Animatum & inanimatum maximè differre videtur, motu & sensu.* lib. I. de Anima, c. II. t. XIX. Tales autem differentiæ sunt terrestre, pedestre, bipes, quia per has in certa specie animalis constituitur homo. Hæ igitur differentiæ in definitione hominis ponendæ sunt, non rationale. Hominem scilicet Φυσικῶς (uti hac vice à nobis fit) considerando. Politicè verò nihil obstat quo minus homo per alias differentias definiatur, hoc enim ipse Aristot. lib. VI. Ethic c. II. & alibi videtur indicasse, ut adeò, si homo spectetur quoad actiones πολιτικὸν sit ζῶον, si quoad mores λογικόν, qualis tamen hominis consideratio à præsentī loco prorsus aliena est.

§. XVIII. Deinde dicunt, Rem per optimum in eâ definiendam esse, sic enim præcipere Philosophum ipsum, lib. VI. Topic. cap. III. ubi reprehendendam statuit illam definitionem, quæ accommodata est μὴ πρὸς τὸ βέλτιον ἀλλὰ πρὸς τὸ χεῖρον, *non ad præstantius sed ad deterius.* Jam autem præstantius nihil esse in homine, quàm quod sit rationalis. Rationale enim esse primum principium, unde reliqua omnia fluant in homine, & cum animam concernat, præstantius esse quàm terrestre, pedestre, bipes, quippe quæ solùm corpus attineant. Sed facilis est ad hæc responsio. Primò enim falsum est, quod res per optimum in eâ sit definienda. Nam res quævis per ea definienda venit, quæ sunt notiora & priora, qualia sunt genus & differentiæ primæ, II. Poster. c. XIV (XIII). Neq; etiam simpliciter per notiora & priora res definienda est, sed quæ prima sunt inter illa. Ita neq; res egregia statim eximiam & egregiam quoq; parit definitionem: quemadmodum v. g. nec materia egregia in Syllogismo Sophistico  
egre-



egregium syllogismum facit, aut aurum in aliquo poculo, egre-  
 um poculum, &c. Deinde, optimum in homine, non est λόγος  
 ratio, sed νῦν intellectus, de quo Aristoteles ait: κυριότατον γὰρ ἐκεῖ-  
 νο τὸ συνέχον ὅ, τί ποτὶ ἐστὶ. τῆς δὲ ψυχῆς εἶναι τι κρεῖττον καὶ ἄρχον, ἀδύ-  
 νατον. ἀδυνατώτερον δὲ ἐπὶ, τὸ νῦν εὐλογιώτατον γὰρ εἶναι τὸν προσηγ-  
 νέτερον καὶ κύριον κατὰ φύσιν. *Principalissimum enim est illud quod*  
*continet, quodcumq; est. Animā autem aliquid esse melius ἔσ' ἢ ἄντι-*  
*stius impossibile est. Impossibilius autem adhuc intellectu, rationabi-*  
*lissimum enim esse hunc antiquissimum ἔσ' dominum secundum natu-*  
*ram, lib. I, de Anima c. V. t. LXXXII. Et cap. VII. lib. X. Ethic.*  
 ad Nicomach. postquam conclusisset homini vitam esse felicissi-  
 mam eam, quæ κατὰ τὸν νῦν, ex intellectu traducitur, addit statim:  
 Ἐπεὶ μάλιστα τὸ τοῦ ἀνθρώπου, si quidem maxime id homo est. Pari er-  
 go ratione, homo per intellectum definiendus foret, ex ipsorum  
 quidem hypothese. Quod autem ex rationali fluant omnia in  
 homine, nullo nititur fundamento. Nam & ipsum rationale ex  
 alio fluit, nimirum ex reminiscentiā. Quid enim est rationale,  
 nisi id, quod ex singularibus colligit universale? Ast hoc propri-  
 um est reminiscens, ut apparet ex Philosophi lib. de Memor. &  
 Reminiscencia, c. II, ubi dicit: Τὸ ἀναμνησκέσθαι ὅτιον συλλογισμὸς  
 τις: ὅτι γὰρ πρότερον εἶδεν ἢ ἤκουσεν, ἢ τι τοιούτων ἔπαθε, συλλογίζεσθαι ὁ  
 ἀναμνησκόμενος. *Ipsium reminisci est ut syllogismus quidam, quod enim*  
*prius aut vidit, aut aliquid hujusmodi passus fuit, syllogizat reminiscens.*  
 Primum reminiscimur, tum Syllogizamur, ante utrumq; verò  
 sentimus. Igitur, eodem jure dicere possumus, ex sensu omnia  
 primò fluere in homine, præsertim cum homo omnium maxime  
 animalium sensu sit facilis, lib. II, de Partib. Animal. cap. XVII.  
 Porro, definitiones ejusdem rei non sunt eadem. Quemadmo-  
 dum enim res, pro diversâ consideratione, diversum sortitur no-  
 men, v. g. Drachma eadem, si detur Naclero dicitur ναῦλον: si  
 portitori πάλος aut vectigal, si ei, qui domum locat, ἐνόικιον, si do-

E

ctori

ἄλλοι δὲ δὲ ἀνθρώπων ἢ μισθόν, si medico σῶσεν, si ei, qui vendit, ἀρραβῶν, ut  
 jam pridem annotavit Clemens Alexandr. lib. I. Stromatum: Ita  
 quoque pro diversa consideratione, res diversas habent definitio-  
 nes. Alia autem jam est consideratio, quando rem considero in se,  
 alia, quando rem considero ut est optima. In Ethicis hominem  
 considero secundum optimum, in eo quod est beata vita: In Phy-  
 sicis autem, quatenus est tale quoddam animal. Animal autem  
 est per sensum & motum: Ergo ab his desumenda erunt differen-  
 tia hominis. Ad locum autem Aristotelis Topicum respon-  
 dendum est, quod Aristoteles in eo loquatur, de iis quae plurimum  
 sunt, vel quae ad plura referuntur sive ratione finis sive ratione me-  
 diorum ad finem ducentium. Locus enim ex antecedentibus sic  
 concipiendus est: Si aliquid ad plura referatur, quorum alterum  
 sit melius, alterum vero pejus, & in definitione ejus, pejus ponatur,  
 talis definitio non erit definitio, v.g. male quis definiret Na-  
 vigatoriam, quod sit effectiva naufragii, aut Medicinam, quod sit  
 effectiva interitus, & quae sunt horum alia, quae ad plura referun-  
 tur. At locus non agit de iis, quae jam determinata sunt ad cer-  
 tum genus. Certè homo hic non consideratur à nobis quatenus  
 refertur ad plura, sed quatenus determinatus est ad certum genus  
 in Physicis, nempe ad substantiam mobilem. Unde locus ille  
 adversum nos non pugnat.

§. XIX. Tandem dicunt: Animal rationale tamen idem  
 esse cum homine, & rationale convenire homini quàm homo est,  
 ex I. Ethic. ult. II. Eud. VII, Ita ut hæc rectè convertibiliter di-  
 cantur: Homo est animal rationale, & animal rationale est ho-  
 mo, definitum cum definitione. Propterea putant, non posse  
 meliorem definitionem hominis dari, quàm hanc ipsam, quàm di-  
 citur Animal rationale. Sed facile est, etiam ad hujus objectio-  
 nis membra respondere: Nam primò, non omne id quod idem  
 est cum re, statim definitionem ipsius rei constituit. Sanè actio  
 &

& passio, μάθησις item & διδασκαλία idem sunt. Hoc enim perspicuis  
 verbis asserit Philosophus, lib. III. Physic. c. III. r. XIX. dum dicit:  
 ἡ μάθησις καὶ ἡ διδασκαλία ταυτὸν, καὶ ἡ πείνησις καὶ ἡ πάθησις, καὶ τὸ διδάσ-  
 κειν τῷ μαθητῷ ταυτὸν, καὶ τὸ ποιεῖν πάθειν. *Disciplina & doctio idem  
 sunt, passioq; & actio, & docere idem quod discere, & agere quod pati,*  
 neutrum tamen alterius τὸ εἶναι facit. Differunt enim τῷ λόγῳ,  
 sive ut Philoponus h. l. ait, κατὰ τὸν ὅρισμόν, non secus atq; ad-  
 sensus & descensus in scala idem sunt, nimirum ratione subiecti,  
 sed definitione diversa. Quomodo Ammonius in Antecategor.  
*Facere, inquit, & pati Categoriae ambae sunt eadem ratione subiecti:  
 sed relatione differunt, quippe cum ab eo, quod facit initium ducimus,  
 cum verò à patiente, pati.* De habitu & dispositione quomodo  
 idem, quomodo diversum sint, vid. lib. IV. (V) Metaph. c. XX.  
 Licet itaq; animal rationale, idem sit cum homine, hominis ta-  
 men definitionem nondum expediet. Deinde, si omnia quæ al-  
 teri ἢ, sive quæ tali conveniunt, cumq; eo convertuntur, definitio-  
 nem rei ingrediuntur aut absolvant, etiam propria ingredientur  
 definitionem subiectorum suorum, nam & illa conveniunt rei ἢ  
 talis est, I. Poster. c. III. v. g. risibile esse, Grammaticæ capax esse  
 &c. homini, quatenus homo est conveniunt, & vicissim de eo di-  
 euntur, ita ut possim dicere, omnis homo est risibilis, Grammati-  
 cæ capax, & omne risibile, Grammaticæ capax, est homo, utiq; er-  
 gò & hæc ponenda erunt in definitione hominis, quod tamen nō  
 fit. Iccirco, quamvis & differentia aliqua reciproca sit cum specie,  
 ut sensitivum cum animali, & intellectivū cum homine, non ta-  
 men complet definitionē. Rationem addit Cœsalpin. lib. I. Qq.  
 q. VI: quia videlicet differentia nō simpliciter dicitur ut substan-  
 tia, sed eorum est, quæ inseparabilia sunt. Ac proinde ne rationale  
 quidem complebit definitionem hominis. An autem melior  
 non potest suppeditari, hominis definitio, quàm hæc est? Certè  
 vel ex dictis melior conflatur, & ex Aristotele producitur, qui ho-

hominem passim definit: Animal terrestre pedestre bipes. Cujus quidē definitionis perfectitudo, nullo negotio monstrari potest, si modò ad investigationem ejusdem, quæ per divisionem expeditur, probè attendamus. Eam nunc Coronidis loco, ad ductum Philosophi lib. II. Poster, cap. XIV. nobis præscriptum, brevissimis subjicemus: Invento Genere Hominis, quod est animal, dividendum illud est, per differentias primas, quæ sunt terrestre, aquatile, ἀμφότερον. Deinde quærendum, sub quâ harum differentiarum sit homo, & reperietur eum esse sub terrestri; Hoc terrestre iterum dividendum per suas differentias, quæ sunt, pedestre & volatile, & invenietur hominem esse animal pedestre. Illud pedestre autem iterum dividitur in bipes, quadrupes, multiples. Quæro jam sub quamam harum differentiarum homo sit; & invenio, eum esse sub differentia bipedis. Jam hæ differentia, si simul sumantur, cum definito, homine nempe convertuntur, ejusdemque definitionem si generi jungantur constituunt. Ex his ergò patet quid de definitione hominis, vulgari illa sentiendum sit.

---

## ΕΠΙΜΕΤΡΑ,

I.

Ἀκρίβεια in lectione Aristotelis, in omnibus æqualis exigenda non est.

II.

Fœmina juxta Aristotelis sententiam, omninò non est monstrum, quod tamen multi volunt.

III.

Aristoteli aliud est ὑπάρχειν, aliud εἶναι ἐν τινι.

